



BRANCHE	SECTION(S)	ÉPREUVE ÉCRITE
LATIN	A - I	Durée de l'épreuve : 2h Date de l'épreuve : 10 juin 2020

I) TEXTE CONNU

30 points

La mort de Plîne l'Ancien

XVI. [...] [15] In commune consultant, intra tecta subsistant an in aperto vagentur. Nam crebris vastisque tremoribus tecta nutabant et quasi emota sedibus suis nunc huc nunc illuc abire aut referri videbantur. [16] Sub dio rursus quamquam levium exesorumque pumicum casus metuebatur ; quod tamen periculorum collatio elegit. Et apud illum quidem ratio rationem, apud alios timorem timor vicit. [...]

[17] Jam dies alibi, illic nox omnibus noctibus nigrior densiorque ; quam tamen faces multae variaque lumina solabantur. [...] [18] [...] Deinde flammae flammaramque praenuntius odor sulphuris alios in fugam vertunt, excitant illum. [19] Innitens servulis duobus adsurrexit et statim concidit, ut ego colligo, crassiore caligine spiritu obstructo clausoque stomacho, qui illi natura invalidus [...] erat. [20] Ubi dies redditus [...], corpus inventum integrum, illaesum opertumque ut fuerat indutus ; habitus corporis quiescenti quam defuncto similior.

(120 mots)

PLIN. *Ep.*, VI, 16, 15-20 *passim*

II) TEXTE INCONNU

30 points

Les dangers des plaisirs corporels

Cicéron défend la vieillesse contre tout le mal qu'on dit d'elle, et surtout contre les quatre reproches majeurs que seraient le manque d'activité, de force, de plaisirs et l'approche de la mort.

XII. [39] Sequitur tertia vituperatio senectutis °, quod eam carere dicunt voluptatibus. O praeclarum [donum] aetatis, siquidem id aufert a nobis, quod est in adulescentia ° vitiosissimum ! Accipite enim, optimi adulescentes, veterem orationem Archytæ Tarentini, magni in primis et praeclari viri, quae mihi tradita est cum essem adulescens Tarenti cum Q. Maximo. Nullam capitaliorem pestem ° quam voluptatem corporis hominibus dicebat a natura datam [...].

[40] [Dicebat] nullum [...] scelus [...] esse ad quod suscipiendum non libido voluptatis impelleret ; [vitia] vero et adulteria ° [...] nullis excitari aliis illecebris nisi voluptatis ; cumque homini sive natura sive quis deus nihil mente praestabilius dedisset, huic divino muneri ac dono nihil tam esse inimicum quam voluptatem [...].

(102 mots)

CIC. *CM*, 39-40 *passim*

Explications :

vituperatio, onis, f. : blâme, reproche, critique

quod : à savoir que

siquidem : si vraiment

vitiosus, a, um : gâté, corrompu, mauvais

Archytas Tarentinus : Archytas de Tarente (*ami de Platon, philosophe et mathématicien, 4^e siècle av. J.-C.*)

in primis = *imprimis*

Tarentum, i, n. : Tarente (*ville d'Apulie en Grande Grèce*)

capitalis, is, e : (*ici*) funeste

illecebra, ae, f. (souvent pl.) : attrait, charme, appât

praestabilis, is, e = *praestans*